

Band IX., Nr. 4134, Seite 466-467

*Friedrich und Diemo Herter von Dußlingen übergeben dem Kloster Stetten
einen Weinberg bei Tübingen.*

Ohne Ortsangabe, 1291. Mai 15.

Universis et singulis presentium inspectoribus presentibus et futuris nos Fr[idericus] et Diemo dictus Hertar de Tusselingen volumus esse notum, quod cum honestus vir Conradus scultetus de Tybingen dictus Gölge et Conradus filius eiusdem sanctimonialibus priorisse et conventui ordinis fratrum Predicatorum in Stetten aput Zolr de consensu nostro tradiderit seu vendiderit vineam sitam aput Tübingen dictam vulgariter Grundellochsberg pro XL libris monete Hallensis in perpetuum possidendam, quam a nobis titulo feodi tenuere, nos recepta scilicet resignatione feodalitatis eiusdem vinee ab ipso Conrado sculteto et filio suo prenotato dictis priorisse et conventui, quas propter vite sue candorem eximum affectu prosequimur speciali, donamus et tradimus pure irrevocabiliter simpliciter et in totum fraude et dolo penitus conscriptis¹ omnem proprietatem ius et dominium, quam et que in dicta vinea habuimus et habere debuimus vel potuimus quoquo modo. In cuius rei testimonium et evidentiam sigillum nostrum presentibus duximus alter alterius usus sigillo appendendum, sicut liquere poterit intuenti.

Datum et actum anno domini MCCLXXXI., inditione quarta, idus Maii.

—

Nach dem Kopialbuch.

¹Lies *circumscriptis*.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

StA Sigmaringen

Signatur/Titel des Originals:

FAS (Dep. 39) DH 1 T 1 R. 78 Nt. 304 a

Überlieferung und Textkritik:

Kopialbuch des Kl. Stetten, S. 149

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Ohne Ortsangabe

Ortsindex:

Burg Hohenzollern Wohnplatz (16302)

Burg Hohenzollern, Bisingen, BL

Dußlingen Wohnplatz (16108)

Dußlingen, Tü

Stetten bei Hechingen Wohnplatz (16432)

Stetten bei Hechingen, Hechingen, BL

Tübingen Wohnplatz (16214)

Tübingen, Tü